RESOLVTIONES
CAVSARVM CIVILIVM.
AVCTORE
LVDOVICO POSTIO
PERVSINO.

Num. 43. cas. 5. num. 10.

LVDOVICI POSTII I.V.C. PERVSINI RESOLVTIONES CAVSARVM CIVILIVM

Tenentiæ Marchiæ, atque nonnullæ
Auditoratus legationis
Bononiæ.

EDITIO SECVNDA,

Mendis quamplurimis quæ in priori irrepſerant, repurgata.

CVM TRIPLICI INDICE
Cauſarum, Argumentorum & Materiarum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

GENEVÆ.
Sumptibus Samuelis Chouët.
M. DC. LXII.

EMINENTISSIMO,
& Reuerendiſſimo Principi

IO. BAPTISTÆ SPADÆ

S.R.E. Presbytero Cardinali Tituli Sanctæ Suſannæ Ferrariæ, eiuſque Ducatus à Latere Legato Vigilantiſsimo

LVDOVICVS POSTIVS
FELICITATEM.

ITA conſentaneum Decreta iuſtiſſimo dicare Principi, vt legales, inſtar Gordiani, Nodos pro Reſolutione tuis, Eminentiſsime, offerre gladiis. Ab auſpiciis mihi ſemper fauſtiſsimis magni vndique Viri Gherardi Spadæ alterius ex tuis Patruis meum erga Te humilimum exordia ſumpſit obſequium; Dein continuis à Te gratiis auctus, nunc demum in Ciuilibus generali tuæ Ferrarienſis Legationis Tenentia fungor. Has igitur lucubrationes tuæ Amplitudini conſecro: Tu hilari fronte recipias. Illud ſit certum grati, ac obſequentis mei animi ſignum, hoc tuæ humanitatis facinus erit egregium. Iam Aduocationem Conſiſtorialem Fiſci, & Apoſtolicæ Cameræ ſumma laude geſsiſti: Boni Regiminis, & Sacræ Conſultæ Auditor, earumque poſtea Congregationum à Secretis præclara Fidelitatis, ac Sapientiæ portenta exhibuiſti: Baſiliæ Vaticanæ Canonicus, Congregationis Sancti Officij Conſultor, Conſtantinopolitanus Patriarca, Vrbis Gubernator, Principum à Secretis, Prouinciæ Romandiolæ, ac Rauennæ Exarcatus Præſes, ab Orbe toto digna Prudentiæ, ac Pietatis encomia reportaſti: Tuæ demum ipſius Famæ victor Purpuram aſſequutus in ſolo Ferrariæ Legationis exordio tales

RESOLVTIONES
SEV
MOTIVA RESOLVTIVA
CAVSARVM CIVILIVM CVRIÆ
Generalis Prouinciæ Marchiæ;

Auctore

LVDOVICO POSTIO PERVSINO
DICTÆ CVRIÆ TVNC LOCVMTENENTE.

MONTICVLANA SALVIANI.

18. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

An, & quomodo pro legato detur ſaluianum; Subhaſtatio quando ſit nulla, & de eius materia.

SVMMARIA.

1 *Retentionis exceptio excluditur ex crediti oblatione, & ſolutione, vel depoſito.*
2 *Saluianum competit pro legato.*
3 *Ampl. tam contra legata ad eorum poſſeſſionem auocandam donec à debitore realiter conſignentur, & legatarius efficiatur illorum plenè dominus, & nu. 4. & ad effectum faciendi interim fructus ſuos, vt num. 5.*
6 *Quam generaliter contra bona hæreditaria legantis, quæ non ſunt in obligatione, ſed in cautione, vt præcise legatarius ſibi de ſuo credito ex fructibus ſatisfaciat, & num. 7. & etiam quod legatum fuerit nomen debitoris, vt n. 8. & 22.*
9 *Immiſſio competit ex ſaluiano primo, & ſecundo extremo, ac credito habente hypothecæ priuilegium probato.*
10 *Ampl. etiam ad fauorem ceſſionarij.*
11 *Subhaſtatio priuat debitorem dominio, illudque transfert in ementem, & n. 12.*
13 *Cedens repræſentatur à ceſſionario.*
14 *Verba teſtatoris in legato quando dicantur appoſita taxatiue, non demonſtratiuè, & econtra, & n. 16. & ſeq.*
15 *Verba ſunt teſtimonium maximum veritatis ad teſtatoris voluntatem declarandam.*
16 *Teſtator præſumitur voluiſſe hæredem grauare minus, quam fieri poſſit.*
17 *Teſtatoris voluntas eſt ſeruanda.*
18 *Legatum intelligitur id, de quo teſtator ſenſit.*
19 *Saluianum non datur ſine hypotheca.*
20 *Iuri offerendi non eſt locus hypotheca deficiente.*
21 *Agens abſque actione, vel actione incompetenti eſt à limine iudicij repellendus.*
22 *Legato credito competit pro eo hypotheca, & ſaluianum contra alia bona legantis. Decl. vt n. 23. & 24.*
25 *Saluiano agi poteſt pro legato, non ſolum ſi pro eo datur actio, ſed etiam ſi ſolum officium Iudicis, & in legato nominis debitoris etiam ad effectum conſignationis ſcripturæ crediti.*
28 *Verba vt ſcent potius demonſtratiuè, quam taxatiuè, interpretatio facienda eſt. Ampl. vt n. 29.*
30 *Verbum, Detrahendis, ſtat demonſtratiuè.*
31 *Subhaſtatio nulla non aufert ius proprietatis, nec illud transfert in emptorem, & n. 32.*
33 *Confiſcatio amplectitur etiam bona nuliter ſubhaſtata.*
34 *Subhaſtatio nulla dicitur facta contra infantem cum curatore non citatis cognatis, & affinibus deputato, vel qui non promiſerit cum iuramento vtilia facere, & inutilia prætermittere, & n. 35.*
36 *Subhaſtatio exceſſiua in vim mandati exceſſiue nulla eſt in totum, etiam ſi exceſſus ſit in minimo, & num. 37.*
38 *Dotis in quantitate conſiſtentis reſtitutionem hæres facere non tenetur, niſi poſt annum.*
39 *Mariti hæres non tenetur intra annum alere vxorem, quæ habet aliunde.*
40 *Maritus ſecundus tenetur vxorem alere.*
41 *Alimenta debita vxori ab hæredibus primi viri ſolui debent ſecundo viro onera ſubſtinenti, non vxori.*